

## Das Erste Buch

signum maleficii. part. 2. q. 8. Nota secundum canonum san-  
ctiones, quod quicunq; propter vindictæ libidinem explen-  
dam, vel propter odium aliquid fecerit viro vel mulieri pro-  
pter quod non posset generare, vel concipere reputatur ho-  
mida, extra de homicid. Et nota quod communiter loqui-  
tur canon de annatoribus seculi, qui suis amasiis per pocula  
ne confusionem incurant, talia procurant. Vel etiam per  
certas herbas natura in nimium infrigidantes absq; auxilio  
dæmonum. Vnde pœnitentes sicut homicidae puniendi. part.  
& qvæst. ead.

*Cur Sathan ad exsecranda sua maleficia sacratos festos  
dies eligat.*

Primo ut sic malefici non solum perfidi per apostasiam à  
fide, verum etiam sacrilegi vitium incurant, in quibus ipsi  
dæmones ut ipse creator amplius offendatur, & gravius in  
propriis animabus maleficæ condemnentur.

Secunda caussa quod cum Deus sic gravius offenditur eis  
majorem potestatem, sæviendi in homines, & puniendi illos,  
sive in rebus, sive in corporibus etiam innoxios relinquant.

Tertia caussa ut majori opportunitate plures ruere faciant,  
præsertim juvenculas, quæ festivis diebus ocio, curiositatibus,  
dum amplius insistunt eò facilius à maleficiis vetulis sedu-  
cantur.

Potest & addi quarta caussa, ut sic facilius homines sedu-  
cant, qui dum sic considerant quod talia à Deo sacratoriis  
temporibus fieri permittuntur, non æstimet illa tam gravia  
esse sicut si illis temporibus nequivent facere. part. 2. qvæst. 1.  
cap. 4.

Vio-